

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nummotheca Principum Austriae**

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

**Herrgott, Marquart**

**Friburgi Brisgoviae, 1752**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)



Tab. XXV. pite coronato, & ad lævam converso.

† DEO: ET: CESARI: FIDELIS: PERPETVO. Aquila simplex pandens alas, pedibus duas columnas sustinens.

Nummus hic ad testificandam fidelitatem, Cæsari, post partam contra Protestantes victoriam, oblati. Conferantur dicta ad nummos anni 1548. num. L. & videatur Cl. KOEHLERUS (a), qui plures eius generis unciales recenset, eo tempore, ut in gratiam CAROLI redirent, ab Ordinibus & civitatibus Imperii signatos. Ad di hic posset nummus, quem collector *uncialium* describit (b) cum titulo: *Regis Arragonum & utriusque Siciliae*. Verum eius typum non vidi, & nos alias tria ectypa cum illo titulo in præcedentibus iam exhibuimus. *M. Imp. ar. sesquiunc. 3. drach.*

LXX.

CAROLVS. V. ROMA. *norum* IMP. *erator* SEMP. *er* AVGV *stus*. Effigies Imperatoris cataphracti, ad medium corpus, dextra sceptrum tenentis, sin. capulum gladii bellatoris, capite coronato & ad lævam converso.

MON. *eta* NO. *va* CIVITATIS. KAVFBVRENSIS. Insignia civitatis, addita hinc inde in area, Christi æra: 1548.

Hoc ipso quoque anno uncialis cufus fuit *Campiduni*, quem in scriniis nostris adservamus. Antica pars recensitæ modo

TOM. II. P. I.

(a) M. B. L. P. III. p. 64.

(b) Vollständiges Thaler Cabinet KÖNIGS-

adversæ fere similis. Aversa hanc epigraphen complectitur: CAROLVS V. ROM. IMP. ET REX HISPANIÆ. MON. *eta* NO. *va* CIVITATIS: CAMPID. *unensis* 1548.

Scutum maius coronatum, impressa aquila Imperiali bicipiti: ad latus dextrum parmula *Austriæ*, ad sinistrum *Burgundie*, in imo scutum, aquila simplici, quæ Romanorum Regis symbolum esse videtur, conspicuum: insperguntur ignitabula ordinis aurei velleris. *M. S. B. ar. pond. dimid. unc. 2. drach.*

LXXI.

CAROLVS. QVINT: *us* ROM. *a-* *norum* IMPERATOR. Cæsaris integra figura, coronati, cataphracti, sceptro, globo, & gladio instructi: additur in area hinc inde nota chronologica: 1658.

MONETA: CIVIT: *atis* IMP: *e-* *rialis* BISVNTINÆ. Aquila biceps coronata, cuius pectori parmula impressa, simplicem aquilam referens, duas columnas cruribus sustinet. Ex adiecta æra Christi discimus, nummum hunc ultimo CAROLI anno cufum fuisse; supersunt alii, qui post excessum eius signati sunt, qualem nos de anno 1666. possidemus, aliusque in museo *Buoliano* adservatur, ponderis drach. 1. & dimidia, de anno 1661. Solebant nempe *Bisuntini* ad exemplum aliarum civitatum & rerump. typum nomenque Cæsaris in numis conservare, a quo ius cudendi monetas ad illos pervenit; uti late patet ex

N 2

num-

BERG 1735. in 8. edit. inter unciales Hispan. p. 18. n. 43.



CAROLUS V. ROM. IMP. ET REX HISPANIE. nummis *Genuensibus* apud KOEHLERUM (a). *M. S. B. ar. pond. dimid. unc. 2. drach.*

### MONETÆ.

In censendis nummis, imperante CAROLO, usui communi destinatis, ordo exposceret, ut selectiores eorum typos, qui in Arragonia atque in Hispaniarum regnis fuerunt percussi, in medium proferremus; verumtamen quia selectiores huius generis nummos in precedentibus iam vidimus, qui tractu temporis usuales sunt facti: diversæ quoque monetæ in Sicilia sint signatæ, cum titulo *Regis Arragonum & Hispaniarum*, quarum eçtypa postea daturi sumus, ordinem illum haud moramur. Moneta porro in Hispania, iam ævo CAROLI V. signata reperitur adeo, ut plurimum, deformis & mutila, ut typum monetarium vix inter noscere possis. Exemplum huius rei mox oculis subiiciam: tum vero typos in Germania Superiori & Inferiori signatos proferam: his succedent eçtypa monetæ in Sicilia percussæ: ad extremum addam nummos Mediolanenses, & duas monetas incertas.

### LXXII.

#### MONETA HISPANICA.

Columnæ Herculeæ in fluctibus existentes, & litteræ quædam exesæ, aut certe non satis expressæ, ex quibus dumtaxat Imperatoris symbolum: *PLVS VLTRA*, distincte legi potest.

(a) M. B. L. P. II. pag. 36.

(b) Locul. III, p. 96. Tab. VI. n. 48.

In postica crux Hierosolymitana, in cuius quatuor angulis repetita *Castella & Legionis* insignia comparent, cum perigraphæ: *CAROLVS... IMPERATOR... REX..*

Plures dantur eiusmodi deformes nummi, cum in auro tum in argento, qui in Mexico, mercatorum iussu, rudi typo signantur, & in Europam invehuntur. In recens apertis *Grossorum scriniis* similem fere typum, *medii Realis*, invenies (b). *M. S. B. ar. pond. semiunc. & 2. drach. M. BUOL. de anno 1661. ar. pond. sesqui drach.*

### LXXIII.

KAROLVS. REX. CATOLICVS. Protome Regis togati, & torquati, accisis crinibus, cum pileo in capite, qui corona laurea circumdatus est.

Genius alatus, scuto, arbori applicato, scripturiens, stylum admovet. Supra caput avis volitans, lauream & olivæ ramum rostro adfert; pone additum vas, quasi calix, forte atramentarii loco. Additur in ambitu titulus: *VITORIA*, ommissa scilicet littera c.

Nummus hic, licet æra deftitutus, commode tamen ad annum 1520. consignari potest; quo CAROLUS rebelles Castellanos, haud procul Medina de Campo, prælio Kal. Dec. superatos, in ordinem redegit (c). Siftitur enim CAROLUS in iuvenili ætate, nec alio, quam Regis *Catholici* titulo honoratur. Etsi enim iam tum Romanorum

Impe-

(c) Vid. STRUV. loc. cit. p. 972. seq.



Tab. XXV. Imperator electus esset, principatum tamen nondum adierat. Denique alia, præter eam, quam dixi, victoria, CAROLI imperium haud præcessit, in cuius memoriam præfens nummus signari potuisset.

In veteri quidem æra *victoria* sub figuræ muliebris schemate constanter exprimi solet: extat tamen apud OISELIUM (a) nummus CONSTANTINI Magni, ubi *victoria* spoliis armorum insidens, clypeo, quem genius alatus, qualis & in nostro nummo visitur, sustinet, & verba: VOT. XX. inscribit: ad cuius exemplum forte hic noster effectus est.

Cæterum nummus iste per errorem hoc loco irrepsit; cum inter memnonicos num. II. aut III. collocandus fuisset. Quod ut bene vertat L. B. obsecramus. *M. Imp. a.*

LXXIV.

CAROLUS. RO. *manorum* IMP. *erator* AR. *chi* DVX. AVST. *ria* 1520. Protome CAROLI armata & torque aurei velletis ornata; capite coronato, & ad lævam converso.

MONETA. NOVA. AVREA. STVTGARDI. *ensis*. Quaternio scutorum in decussim posita: *Austria, Burgundia, Württembergia* & comitatus *Teccensis*.

Anno 1519. ULRICUS Princeps Württembergicus, a Suevici fœderis sociis, cum *Reuthlingam*, oppidum Imperii, ipsis confœderatum, vi cepisset, ditione sua pulsus erat & cie-

(a) Loc. cit. Tab. LXX. p. 378. n. 2.

ctus. Eam dein provinciam Cæsar ab illis, restitutus sumptibus, post FERDINANDUS frater a CAROLO, cum hereditas divideretur, obtinuit (b). Ut ergo omnia & singula iura in illam exerceret CAROLUS, etiam monetam signari curavit, cuius rei hic & sequens nummus testis est. LUCK. pag. 43.

LXXV.

† CAROLUS V. IMP. *erator* AR. *chi* DVX. Scutum *Austria*.

In averfa perigraphæ prioris partis sic continuatur: † AVSTRIA DVX. WIRTEN. *bergia* 1520. Scutum *Württembergia*. Ambos hos nummos laudatus auctor *Castrenses*, sed perperam appellat. *Id. loc. cit.*

LXXVI.

IMP. *erator* CAES. AR. CAROLUS V. AVG. *ustus*. Caput Cæsaris laureatum, ad pectus, cum lorica, a dextris sinistrorsum.

Postica duas columnas, in fluctibus erectas, repræsentat, circumvoluta scheda, cui, fugientibus litteris, solitum Imperatoris symbolum: PLVS VLTRA inscriptum: quod tamen chalcographus aliquanto distinctius expressit.

In loculamento, quo nummus hic in gazis Aulæ Vindobonensis repositus est, chartam eidem subiectam reperi, cui inscriptum: *Moneta Nordlingensis*. Quod si hoc ita se habeat, nummus forte honoribus Cæsaribus a *Nordlingensibus*, aliarum civitatum exemplo, quæ, ut iam

N 3 monui,  
(b) Vid. SLEIDANUS lib. IX. p. 237.

CAROLUS V. ROM. IMP. ET REX HISPANIE. b



CAROLVS V. ROM. IMP. ET REX HISPANIE. monui, CAROLVM his artibus demereri studebant, post dissolutum fœdus Schmalkaldicum, datum est. Nordlingenses porro sub CAROLO V. ius cudendæ monetæ exercuisse, docet nummus argenteus, in museo nostro asservatus, præter propter viginti crucigeros appendens: in cuius antica parte, protome CAROLI armata, dextra sceptrum tenentis, sin. globum Imperii: capite coronato & ad lævam converso: additur in ambitu perigraphe: KAROLVS ROMANO:rum IMP.erator. In averfa duo scuta coniuncta cernuntur, imposita nota chronologica: 1531. (ubi in alio 1532. & in alio 1533.) legitur, & inferius figla: N. Nordlingam denotans. Dictorum scutorum antèrius, a summo bipartitum: in priori laterculo leonem erectum, dextrorsum versum exhibet: in secundo, per transversum secto, binos leones, eodem situ. Alterum quadripartitum: in primo & quarto duos cantharos representat: secundum & tertium per transversum sectum est. Additur in ambitu perigraphe: † MONETA: NOVA: NORDLING.ensis. Habentur & alii civitatum nummi sub CAROLI regimine in Germania signati, quos omnes recensere, non est nostri instituti. Unum tamen aureum, ponderis unius ducati, in museo BUOLIANO a me visum, ea ex causa hic describere saltem visum est; quod in eo, raro exemplo, titulus *Regis Siciliae* legatur: cum potius a civitate Imperiali Augustana, ubi

is signatus est, titulus: *Roma*. Tab. XXV. *norum Imperatoris* præferri debuerat. Adversa eius pars aquilam simplicem coronatam, pansis alis, in pedes erectam, exhibet: additis tantum siglis I & P. & perigraphe, duobus verbis absolutam: REX. SICILIAE. 1535. Aversa continet fœta *Augusta Vindellicorum* urbis insignia, adiecta perigraphe: AVGVSTA VINDELICORVM. 1527. Sed vereor, ut duo typi nummarii commutati sint; quippe cum utraque nummi facies diversas notas chronologicas præferant. *M. Imp. ar. pond. semi drach. & M. S. B. ar. fuf.*

## LXXVII.

CAROLVS. V. ROM. *anorum* IMP.erator ANNO. DOMINI. MDX. LVI M. *aii.* ita forte legendum. Protome Cæsaris togati & torque aurei velleris ornati, capite caliptra operto, & dextrorsum respiciente.

Suetæ columnæ in undis erectæ, addito symbolo: PLUS VLTTRA. Hic quoque nummus ad memnonicos potius, quam ad monetas pertinet. Qua vero occasione signatus sit, non est adeo dictu proclive. *M. Gottovic. a.*

## LXXVIII.

CAROLVS. V. IMP.erator AVG. *ustus.* Protome Cæsaris togati, capite caliptra operto, ad lævam converso. Duæ columnæ in undis absque inscriptione.

Hic nummus *Grossus* dictus est; quia crassus, ac spissus, & in



Tab. xxv. in hoc minori modulo, pondere quinque drachmas æquans. Alium eius generis nummum vidi in museo BUOLIANO, eiusdem fere ponderis.

Similem fere typum reperi inter nummos D. de ROSENTHAL, sed facies Cæsaris dextrorsum versa: in postica vero duo comparent scuta iuncta, *Austria & Castilia* insignibus notata, cum æra Christi 1545. *M. Imp. ar. pond. semiunc. 1. drach.*

LXXIX.

IMPERATOR CAESAR CAROLVS V AVGVSTVS. Protome CAROLI armata, capite laureato, dextrorsum respiciente.

In averfa duæ columnæ in undis constitutæ. In ambitu perigraphe: GECTOIRS POVR CEVLX DV: & in dictarum columnarum medio, reliqua inscriptionis: BVREAV MDXXX.

Calculus hic, uti & proxime sequens, in Belgio percussus fuit, quod ex inscriptione Gallica colligitur. *M. Imp. ar. pond. 1. drach.*

LXXX.

† CAROLVS: V: IMP:erator RO:manorum SEMPER: AVGVSTVS. Effigies Cæsaris pectore tenus, armata, capite coronato, & dextrorsum converso. Inferne sub axilla sinistra, æra Christi 1540.

† GECTZ: (lege *gectoirs*) POVR: LA: SAVNERIE: DE: SALINS. Aquila Imperii biceps & expansa, impresso pectori eius leone, ut puto, Brabantico.

(a) Locul. III. p. 95. Tab. VI. n. 47.

Calculus ad officium salinarium pertinens. Alium eius generis calculum vulgavit Cl. Auctor scrinii *Grossorum* (a), cuius delineationem supplemus in Tab. nostra XLIX. n. 41.

CAROLVS V. ROM. IMP. ET REX HISPANIÆ. a

JECTOIRS. POVR. CEVLX. DES. FINANCES. 1518. i. e. calculus pro officialibus cameræ. Columnæ Herculis super aquas, corona supra illas quiescit, ac in medio illarum comparet ignitabulum cum flammis profili-entibus.

In averfa navis tribus malis instructa, contractis velis, & ad oram inscripto lemmate: PLVS OVLTRA (*plus ultra*).

Alius quoque æneo-inauratus, in museo nostro asservatur, in cuius priori facie protome Cæsaris armata, capite laureato, ad lævam converso, cum ordinis aurei velleris insigni, exhibetur, addita perigraphe: CAROLVS.... IMP.erator SEMPER AVGVSTVS. In altera parte scutum *Hispanie* repræsentatur, cum epigraphe: GECTOIRS. POVR. LE. BVREAV. DES. FINANC. es. *M. Imp. a. G. C. M. S. B.*

LXXXI.

MONETÆ NEAPOLITANÆ.

Scutum regnorum Hispaniarum coronatum, adpositis ad latera siglis T M. & in margine legitur titulus: IOANNA. ET. CAROLVS. D. ei GRATIA, qui in averfa parte sic continuatur:

† HISPANIARVM. REGES. SICILIE. CRUX Hierosolymitana. Typum



CAROLUS V.  
ROM.  
IMP. ET  
REX HI-  
SPANIÆ.

a

Typum huius nummi edidit Cl. VERGARA in opere, quod in forma quadruplicata vulgatum fuit (a). Sed is in altera editione, quæ Romæ 1716. in fol. prodiit, desideratur. Egregiam vero laudatus Auctor navavit operam in colligendis Regum utriusque Siciliæ monetis, quæ rebus, a CAROLO V. gestis, non exiguam lucem affundunt. Quaternionem huius generis nummorum aliunde comparavi, quorum ectypa, servato temporis ordine, cæteris subiungam. VERG. *loc. cit.*

## LXXXII.

IVSTVS. REX. CRUX Hierosolymitana. † LETITIA. POPVLI. In umbone siglæ I. C. coronatæ, JOANNAM & CAROLUM denotant.

Hic quoque typus deest in editione, quæ in folio prodiit. Cæterum *Iustus Rex* iure meritoque appellatur CAROLUS; utpote qui non solum nulli unquam iustitiam denegavit, sed & filium PHILIPPUM, ad eandem virtutem, omni studio excolendam, graviter, hunc fere in modum, admonuit: *Ante omnia cultum & timorem Numinis ne unquam abiiciat, religionis conservanda rationem habeat, legum ac iuris auctoritate principatum stabiliat, inter cætera dicens: quod nemini sciens & prudens JUSTITIAM negavit* (b). *Id. num. 2.*

b

## LXXXIII.

CAROLVS V ROMANORVM  
IM. PERATOR. Caput Cæsaris

(a) Tab. XXXVI. n. I. ad pag. 113.

(b) GODELEVÆUS apud SCHARDIUM Tom.

laureatum, ad lævam conversum. Tab. XXV

R. ex ARAGONIA VTRIVSQUE SICILIÆ. Aquila Imperialis cum insignibus consuetis CAROLI, quibus ad scutum adpositæ sunt flammæ, ex insigni ordinis aurei velleris desumptæ.

Differt nonnihil hic nummus a moneta illa, cuius typum VERGARA (c) edidit. *M. Gottovic. ar. & M. BUOL. variantibus aliquantulum litteris, pond. I. duc.*

c

## LXXXIV.

CAROLVS. IIIII. RO. manorum  
IMP. erator. Caput Cæsaris laureatum, ad lævam conversum, pone illud sigla R, in imo trifolium.

R. ex ARAG onum VTRIVSQUE sicilia. In paucis differt a præcedenti, attamen diversus est typus nummarius. *M. Imp. au. pond. I. duc.*

## LXXXV.

Aquila Imperialis, ut in postica parte nummi præcedentis. Perigraphæ: CAROLVS. V. ROMANORVM IM. perator, quam pars postica sic profequitur.

ARAGONIA ISPA NIARVM: VTRIVS: que SICI: lia R: egnorum R: ex. CRUX, in cuius quatuor angulis flammæ, ex insigni ordinis aurei velleris desumptæ. VERG. *l. c. au.*

## LXXXVI.

Aquila Imperialis dimidiata, coronæ laureæ inclusa, sub-

Il. p. 1000.

(c) Tab. XXXVII. p. 113.



Tab. XXV. subscripto Cæsaris nomine : CAROLVS IMPERATOR.

Posticam sequens inscriptio, quinque lineis absoluta, implet : OBSESSO CATHANZARIO 1528.

Signatus hic nummus a Cæsareanis, cum in urbe Calabria Cathanzario a milite Gallo obfiderentur. Advenientibus autem Roma & ex Sicilia copiis, obsidio soluta, & paullo post exercitus Gallorum partim ferro, partim contagione absumptus (a) est. VERG. p. 89. ar. *valoris unius Carolini.*

LXXXVII.

Crux Hierosolymitana, ut paullo supra num. LXXXII. & in quatuor angulis totidem minores cruces. Perigraphæ pariter eadem est.

Acervus armorum, igne conflagentium : adiecta perigraphæ : PAX. REGVM.

Similes duo nummi superius num. XXXVI. & XXXVII. descripti sunt, in quibus figura muliebris stolata stans, arma, seu scuta incendit, post pacem Nicæensem, & Crespiacensem, uti ibidem coniecturavimus, cusi. Hunc ergo eodem pertinere ex eo verisimile est; quod hic *Pax Regum* conceptis verbis legamus. Quanquam cum illo, qui nummum ad pacem Cameracensem, quæ anno 1529. facta est, referre voluerit, haud equidem contendam. Elogium IVSTVS REX, adversæ parti inscriptum, supra in num. LXXXII. iam legimus. *Ex cod. p. 91. a.*

TOM. II. P. I.

(a) Vid. GUICCIARD. Lib. XIX. p. 78.

LXXXVIII.

CAROLVS. IIIII. RO. MANORVM. IM. PERATOR. Caput CæROLI coronatum, sinistrorsum respiciens, ad humeros cum paludamento : pone illud sigla R.

Aversam sequens inscriptio, quatuor lineis absoluta, & ramis laureis, in coronæ formam dispositis, inclusa, occupat : REX. ARAGO. NUM VTRIVS. QUE SI. CILIE ET. CETERA.

Nummum hunc, uti & duo sequentes a Neapolitanis cusos fuisse, occasione coronationis CAROLI, Bononiæ anno 1530. a summo Pontifice peractæ, laudatus VERGARA docet. *Id. p. 89. ar. val. unius Carolini.*

LXXXIX.

CAROLVS. V. ROM. ANORVM IM. P. ERATOR. Caput Cæsaris laureatum, ad lævam conversum, cum paludamento : pone littera R.

In averfâ igniarium cum flammis, ex insigni Ordinis aurei velleris, adiecto in peripheria lemmate : NON. ALITER. VIRTVS.

Signatus hic nummus anno 1530. ut supra notavi. Similem typum reperies in supplemento I. ad recens aperta *Grosforum* scrinia (b). *Id. p. 90. ar. val. dimid. Carol.*

XC.

IVSTVS. REX. CRUX Hierosolymitana.

In averfâ columnæ Herculis in undis, circumvoluta schedula, ac superposita corona, ad-

O dito

(b) pag. 105. Tab. LX. n. 105.

CAROLVS V. ROM. IMP. ET REX HISPANIÆ.

b



CAROLVS V, ROM. IMP. ET REX HISPANIÆ. dito in margine consueto lemate: PLVS. VLTRA.

Hæc quoque moneta, ut laudatus VERGARA docet, anno 1530. ut iam monuimus, cusa est. Elogium aduersæ num. LXXXII. expendimus. *Id. p. 90. a.*

## XCI.

CAROLVS. IIIII. ROM. *anorum* IMP. *erator*. Caput Cæsaris laureatum, ad lævam conuersum: pone sigla R, & in inferiori margine vellus aureum.

R. ex ARAGO. *nie* ET VTRIVS. *que* SI. *cilia* H. *ierosolymarum*. Aquila Imperialis biceps coronata sustinet clypeum, insignia CAROLI referentem, imminente superius corona.

Nummum hunc anno 1535. Neapoli csum & vulgo *Tari* nominatum esse, quando CAROLUS ex Africa victor redux erat, pluribus edocet laudatus VERGARA. *Id. p. 92. ar. val. 2. Carolinorum.*

## XCII.

Tab. XXVI.

Crux oblique posita, dependente ab ea aureo vellere, ac imminente superius corona. In area hinc inde sigla K. & V. quæ cum perigraphe nummi una hunc in modum iungendæ: KAROLVS V IMPERATOR. AVGVSTVS, quos titulos

Auersa sic profequitur: † REX. SICILIE. 1544. Aquila simplex coronata, pansis alis, stans supra siglas I. & M. quæ

(a) Numism. Imp. tom. II. pag. 383. in not.

(b) Ad Numism. Imp. Rom. ex ære mediocri pag. 476. seqq.

(c) Conf. EUSEB. in vita CONSTANT. M.

forte *Imperator*, vel *Imperium* interpretandæ. *Id. ibid. in au.* Tab. XXVI.

## XCIII.

CAROLVS. V. ROM. *anorum* I. *mperator*. Caput CAROLI laureatum, sinistrorsum respiciens.

Crux Hierosolymitana, in cuius quatuor angulis totidem flammæ, ex insigni aurei velleris desumptæ, comparent. Additur perigraphe: IN HOC SIGNO VINCES:

Similes nummos cudi curarunt Imperatores veteres: CONSTANTIVS, CONSTANTINI filius, VETRANIO & VOLUSIANUS GALLUS, in quibus Imperator paludatus stans, dextra labaro adnitus, in quo monogramma nominis CHRISTI, sin. scipionem gestat, assistente sibi a sinistris Victoria, a qua coronatur, adiectaque perigraphe, quæ ab hac nostra parum differt: HOC, vel: IN HOC SIGNO VICTOR ERIS: quo quidem nummo, ut viri clarissimi: R. P. BANDURIUS (a) & PATINUS (b) docent, ad historiam signi sanctæ crucis respicitur, quod CONSTANTINO *Magno*, cum bellum MAXENTIO inferret, in cælo ostensum est. Signum enim illud, ut mox laudatus BANDURIUS monet, monogramma CHRISTI fuit, quod crucem in se complectebatur (c). Hinc legitime inferitur: in hoc & sequenti nummo crucem

SOCRAT. & SOZOM. in hist. Eccl. & præsertim ANTON. AUGUSTIN. dial. I. ad BARON. an. 353. n. 3. citante laudato BANDURIO.

a  
b

c